



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCVIII. Der Römische König Rudolph benachrichtigt die Stadt Lübeck
davon, daß er die früher vorgenommene Uebertragung der Stadt an die
Markgrafen Johann, Konrad und Otto von Brandenburg jetzt ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

manorum Regis, continetur, ex morte Margarete, nostre uxoris, in Hollandia succedere poterunt et successerunt usque ad dies vite nostre, et nobis Bopponi, filio ejusdem Domine Margarete defuncte, quidquid de eadem hereditate jure hereditario succedere potuit et successit, sicut in predicto privilegio Domini Wilhelmi, quondam Romanorum Regis, nostri avunculi, et in privilegio Domini Florentii, Comitis Hollandie, nostri consanguinei, predicti continentur, plene et libere eodem jure et modo, sicut confirmatum est in privilegiis jam dictis, dimissimus illustri Principi Sororio nostro Ottoni, Marchioni Brandenburgensi, et inclyte Domine Jutte, sue Uxori, nostre Sorori dilecte, suisque heredibus possidendum, adjicientes, siquid ex eadem hereditate hucusque nos receperimus, idem Marchio recipiat et requirat etc. Datum anno Domini MCCLXXXII. quarto id. May, in die Pancratii Martiris.

Nach Vredii Genealog. Comitum Flandriae p. 248. und Schultes Gesch. von Henneberg I, 173.

CCVII. Markgraf Otto genehmigt, daß der Römische König Rudolph den Burggrafen Friedrich von Nürnberg mit den Dörfern Lenkersheim, Erlebach und Brucke beliehen, am 15. Mai 1282.

Nos Otto, dei gracia Marchio Brandenburgensis et de Landesberg, recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod licet serenissimus dominus noster, quondam Rudolfus Romanorum Rex, nobis quidem absentibus, sed aliis Imperii principibus, utpote Reuerendis in Cristo patribus et dominis Moguntinensi, Coloniensi et Treuirensi archiepiscopis, nec non Illustri Ludowico, Comite palatino Reni, duce Bawarie, presentibus et suum consensum adhibentibus, Nobilem virum Fridericum, Burgravium de Nurenberg, infeodaverit de Villis Lenkersheim, Erlebach et Brucke et de ipsarum pertinenciis univrsis; Nos nichilominus, infeodacionem huiusmodi ratam et gratam habentes, ad eandem consensum nostrum liberum apponimus, presencium testimonio litterarum. Datum apud Frankenfurt, anno Domini M^o CC^o LXXX^o secundo, Idus Maji.

Nus Schütz, Corp. historiae Brandenburgicae diplomaticae. IV, p. 125. 126.

CCVIII. Der Römische König Rudolph benachrichtigt die Stadt Lübeck davon, daß er die früher vorgenommene Uebertragung der Stadt an die Markgrafen Johann, Konrad und Otto von Brandenburg jetzt zurückgenommen habe, am 15. Mai 1282.

Rudolfus, dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, Prudentibus uiris, Aduocato, Consulibus et uniuersis Ciuibus Lubicensibus, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Pro tranquillitate uestra et ampliore securitate vos et ciuitatem lubicensem, illustribus Johanni, Conrado et Ottoni, fratribus, Marchionibus, Principibus nostris dilectis, de brandenburch, meminimus commississe. Verum quia ea-

dem commissio uobis nec utilis nec expediens reputatur, ipsam presentibus reuocamus, nos a deuotione dictorum Marchionum, quantum est ex parte commissionis predictae, nichilominus absoluentes, mittentes has litteras uobis in testimonium super eo. Datum Vl mee, idus Maii, Anno domini M^o CC^o LXXXII^o, Regni nostri Anno IX^o.

Aus der Lübecksch. Urk. Samml. Nr. CDXXVII.

CCIX. Bartold Ritter von Wodenswegen bekräftigt vor dem Markgrafen Otto von Brandenburg in dessen unter Königsbaum auf einer Wiese bei Gutenswegen gehaltenen Landgerichte den Verkauf eines in der Grafschaft der Markgrafen jenseit der Ohre gelegenen Gehölzes an das Kloster Althaldensleben, am 5. Juli 1282.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Bartholdus, miles dictus de Wodenswegen, castellanus in Wolmerstede, omnibus salutem in perpetuum. — Notum esse cupio uniuersis et singulis tam presentibus quam futuris, quod, non ignorantibus uiris honestis et fide dignis, domino hermanno, preposito cenobii sanctimonialium, sub regula sancti benedicti in veteri haldesleue deo devote famulancium, hantone et Johanne filio ejusdem de Irkesleue; Johanne de calenberge, Borchardo nigro de Irkesleue militibus et Droisecone genero meo, castellanis de wolmerstidde, Conrado de haldesleue, gifrido de helmstede, bernardo filio zophie, et conrado longo ejusdem genero, Johanne filio Gerberti, conrado de tunderslove, conrado de Randowe, civibus Magdeburgensibus, et pluribus aliis, receptis integre de manu ejusdem prepositi ex parte predicti cenobii viginti marcis Stendalensis pecunie, pro eadem, silulam sitam in comicia dominorum meorum marchionum Brandenburgensium trans Oram prope villam Glufinghe, que parua Grevena nuncupatur, cujus proprietates linealiter ad me cum omni jure a progenitoribus meis jam dudum fuerat deuoluta et quiete possessa, mediantibus fratribus meis uoluntarie consentientibus, cum fundo, lignis et aliis pertinentiis suis, limitatione debita designatam, titulo uendicionis eidem dimisi, eodem jure, quo eam tenueramus, de cetero ab ipso cenobio perpetuo possidendam. Obligans memet ipsum ac meos heredes preferentialiter ac etiam in futurum ad conseruandam diligenter et sufficienter sepefato cenobio warandiam debitam, secundum quod conseruit in proprietatum contractibus obseruari: prepositum quoque predictum loco cenobii misi in possessionem siluule memorate. Porro, anno ferme dimidio post jam dictum contractum peracto, dominus meus Marchio Otto in prato Wodenswege, quod in supra dicta comicia comprehendere dinoscitur, constitutus, a me requisitus, presente preposito prelibato, secundum formam iusticie diligenter procedens, juris ordine utrobique seruato, approbavit contractum ac tuitione hanni regalis conseruata munitum, cenobium memoratum donacione perpetua de sepe dicta siluula investit, respondente in (ei?) sua provincia, quod filius meus jam biennis, quam cito annos debite discretionis attigerit, que pretaxata sunt, rata tenere debeat et accepta. Acta sunt hec presentibus dominis Guntero comite in Mulingen, wernero de hademersleue, baronibus; Ri-